

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gloria eterna d
cum uariis

Illuc festinate ubi semper uiuatis. Si enim sic amatis istam miseram fluuidamque uitam,
ubi cum tanto labore uiuitis et ubi uix currendo, satagendo, sudando, suspirando
necessariis corporis satisfaciatis; quanto magis amare debetis uitam eternam, ubi nullum
laborem sustinebitis, ubi semper summa securitas, summa felicitas, felix libertas, felix
beatitudo; ubi implebitur illud quod Dominus dicit in ewangelio: Erunt homines similes
angelis, et illud: Fulgebunt iusti et cetera.

Augustinus de utilitate agende penitencie.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

miseram] miseriam B; sudando] suadendo P V¹ V² L¹ L²; satisfaciatis] satisfacitis V² L¹ L²;
amare] animare (*cor. sub et supra lin.*) M